

accompagnée d'une version latine, à Paris, en 1633. Voir plus loin, page 309, numéro 223.

## APPROBATIONS

Ego Fr. BASILIUS MAZZA, Chiensis, sac. theol. mag. ord. Præd. Rom. Prov., ex commissione reverendissimi Patris Mag. fr. Yacinthi Petronii, sacr. Palatii apostol. mag., christianam Doctrinam græco idiomate vulgari donatam atque additionibus nonnullis auctam, ad erudiendos eos qui ritu græco divinum cultum exercent accurate visam consideravi, nihilque in ea fidei bonisve moribus adversum reperi; quin potius multa unde fructus uberrimos Græci possint pro spirituali vita servanda atque augenda colligere: propterea dignam quæ typis mandetur existimavi.

Ita est. Fr. BASILIUS qui sup. manu propria.

Ego ANDREAS EUDÆMON IOANNES, sacerdos Societatis Iesu, ex commissione reverendiss. P. Mag. sacri Palatii, vidi versionem Doctrinæ christianæ ex italico in vulgare Græcorum idioma, atque omnia in ea reperi fideliter reddita, additis etiam nonnullis, quæ ad erudiendos eos faciunt qui ritus sequuntur orientalis ecclesiæ; quæ omnia mihi visa sunt sanctæ catholicæ fidei consentientia, neque a bonis moribus aliena. 11 iulii 1616.

ANDREAS EUDÆMON IOANNES qui supra.

Ego PETRUS ARCUDIUS, philosophiæ ac sacræ theologiæ doctor, de mandato reverendissimi Patris Magistri sacri Palatii, præsentem Doctrinam ab italico idiomate in vernaculam linguam græcam conversam, additis præterea nonnullis, quæ ad ritum Græcorum spectant, diligenter perlegi, in eaque nihil animadverti quod fidei catholicæ aut bonis moribus adversetur; quin potius dignissimam quæ typis mandetur et utilissimam fore existimo ad erudiendos homines græcos, sive illi ritum græcum, sive latinum sequantur.

Idem qui supr. PETRUS ARCUD. manu propr.

Bibliothèque nationale de Paris : D 5108 (Inventaire D 14802).

Bibliothèque de l'Arsenal : Théol. 6256. 8°.

